

IN PROLEGOMENIS CONTENTARUM.

Ex Joanne: *Quos dedisti mihi, custodi mi, & nemo ex iis perit, nisi filius perditionis*; redditur gallicè, *Quos dedisti mihi, custodi mi, & nemo ex eis perit; sed solum filius perditionis*: quasi non etiam Judas Christo à Patre datus sit: quæ interpretatio ex Calvino, & Montenfi versione adscita repugnat Sanctis Patribus, & inter alios S. Augustino. 90. II.

Titulus præfixus capiti 27. Joannis dicit, Christum illic pro solis electis orare, quod falsum est. *ibidem*.

Item ex Joanne: *Omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me*: gallicè perperam redditur à Quesnello: *Omnis, qui audit à Patre, & ab eo doctus est, venit ad me*, quasi Deo nos per gratiam docenti nunquam resistamus, quæ est secunda Janseniana. Convenit etiam hic cum Montenfi damnata versione. 90. II.

Ex Matthæo: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est*. Quesnellus cum Montenfi vertit: *Non omnes idonei sunt, ut capiant verbum istud*; quæ quidem corruptio in sensu Catholico non perniciofa, in Jansenianis pessima est, hinc inferentibus, consilia Evangelica esse servata impossibilia, quoties non servantur. Idem intulit Calvinus: quod repugnat Scripturæ, & Sanctis Patribus. 91. I. & II.

Item ex Matthæo: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum*: Gallicè exprimitur: *quem ego debeo bibere*: & hic *Unum vestrum me traditurus est*, redditur *me debet tradere*; quasi nec liberè Christus sit mortuus, nec liberè Judas Christum tradiderit; quod ultimum vergit ad Calvini impietatem statuentis Deum proditoris auctorem. Utrumque refellitur. 91. II.

Rursus ex Matthæo: *Quomodo fugietis à judicio gehennæ? transferetur Quomodo poteritis fugere à judicio gehennæ? Quasi sit peccandi, vel in peccato manendi necessitas*. *ibidem*.

Illud ad Corinthios 2. *Existimo enim, nihil me minus fecisse à magnis Apostolis*, juxta textum Græcum ita gallicè enuntiatur: *Existimo autem, me in nullo inferiorem fuisse præcipuis Apostolorum*; Unde Janseniani (uti & olim Theodorus Beza) inferunt, Paulum Petro auctoritate, & potestate æquari, quæ est hæresis ab Innocentio X. damnata. 91. II. & seq.

Titulus hic: *Oves Christi audiunt vocem ejus, perire non possunt*, præfixus à Quesnello S. 3. cap. 10. Joannis, capax est sensus boni & mali: cæterum nullibi illic dicitur, quod oves Christi perire non possint. 92. I. *Constitutio Theolog. propugn. Tom. I.*

Novum Testamentum Montenfe à Clemente IX. damnatum. 90. I.

O

OPSTRAETE [Joannes]

Non satis honorificè sentit de S. Thoma. 38. I.

Docet, Semipelagianos admisisse gratiam verè interiorè, etiam ad initium Fidei necessariam. 51. II.

OPTATUS MILEVITANUS.

Ei Schismaticus, & peccator est, qui contra Romanam Cathedram alteram collocat. 101. I.

ORIGENES

Marcionis, & Valentini Discipulos dignis coloribus depinxit. 21. II.

Ei nocentissima hæresis, quæ specie sanctitatis fallit. 29. II.

Hæresum progressum tribuit sermonis, & styli, quo propinantur, lenocinio. 77. II. & seq.

OBSERVATIONES MORALES.

Earum errores breviter confutantur. 13. & seqq.

Quaquaversum distrahuntur, & omnium manibus teruntur. 25. I.

Colliguntur ex iis 199. Articuli quasi erronei à D. De Fromageau. 25. II.

Ab Episcopo Aptensi decreto publico interduntur, & censuris notantur. 26. I.

Damnatur Romæ Brevi Apostolico anno 1708. 26. II.

Earum edendarum facultatem revocat Rex Christianissimus. *ibidem*.

Easdem, iisque excerptas Propositiones aliquot damnant Episcopi Lucionensis, Ruppellensis, & Vapincensis, quod agrè fert Eminentissimus Noaillius. 26. II. & seq.

Revocantur Romæ ad examen rogatu Regis Christianissimi, & Eminentiss. Noaillii, ut singulares indè Propositiones censurâ dignæ excerptantur. 27. I.

Generatim primùm damnatæ reddiderant ferociores Quesnellum, & Quesnellianos. 30. I. & II.

Undenam à minis cautis aliquot Episcopis approbatæ? 32. II. & 33. II.

Quam bonâ fide, quantâ integritate denuntiatæ? 34. I. & II.

Qualiterunque correctæ non sufficiebant tollendo scandalo priorum editionum. 35. II.

Earum correctiones quantum differant à retractationibus S. Augustini? *ibidem*.

Magno plausu exceptæ, & celebratæ à Calvinistis, & Lutheranis. 79. I.